

differentiam. possimus eam nos in plures conce-
 ptus diuidere. Concipimus. n. hominem esse di-
 scursiuum (accepta hac voce proportionaliter, nō
 vt sumitur à principio proximo, sed à radice essen-
 tiali, & vt significat habitudinē ad tertiam operatio-
 nē intellectualem) & rursus præcisē cōcipimus ho-
 minē esse compositiuum & diuisiuum; & rursus
 esse apprehensiuum simpliciter. Hi tanē oēs
 conceptus nil aliud explicat nisi quod formaliter
 continetur in rationali, sed explicant quasi per
 partes, quod in rationali esse vnum, & simplex, de-
 clarantque distinctē, quod à nobis confusē vno
 cōceptu apprehēditur: quod satis est vt vnum ex
 alio ratiocinemur & colligamus. Ad hunc ergo
 modū cōcipiēdo nobis est distinctio attributorū
 Dei, & cōparatio eorū ad essentiam quasi ad equa-
 tē confusē conceptam, vt satis declaratum est.

XV.
 Attributa
 Dei quæ per
 negationem
 circumloqui-
 mur, q. am
 in ipso acat
 perfectione.

Solum superest aduertendum, omnia dicta in-
 telligi de attributis Dei quatenus in ipso ponunt
 perfectionem positiuam, sunt enim multa attributa
 quæ per negationem à nobis declarantur, &
 ratione negationis solum distinguuntur, vel in-
 ter se, vel ab essentia, & in his clarum est negatio-
 nes ipsas non esse de essentia Dei, neq; vnam ne-
 gationem propriē esse de essentia alterius: funda-
 mentū autē harum negationum in se vnum om-
 nino & idem est. Et perfectio quæ per vnam ne-
 gationem declaratur, eadem est cū perfectione
 quæ declaratur per aliam: atque hoc modo est
 euidens talia attributa esse de ratione essentiali
 Dei, & singularū inter se. Huiusmodi autē sunt
 omnia attributa Dei quæ nullam habitudinem
 dicunt ad actionem (seu actum), sed solum per va-
 rias negationes declarant eminentiam substantiæ
 diuinae, vt sunt esse à se, actum purum, omnino
 simplicem, infinitum, immensum, incomprehen-
 sibile, ineffabile, & si quæ sunt similia, de qui-
 bus euidens illimum est dicere eadem perfectio-
 nem positiuam, & omnia in singulis includi for-
 maliter ac essentialiter. Alia vero attributa quæ
 dicunt ordinem ad actum, vt sunt quæ ad intelle-
 ctum, voluntatem, & potentiam spectant, magis vi-
 dentur significari per modū proprietatū; sed in
 eis etiam sunt vera quæ diximus, & constabit clarus
 cum de singulis in particulari aliquod dicetur.

At quoniam sententias, scilicet aut esse in centro,
 aut in circumferentia, quia hæc (inquit) sunt qua-
 si duo principia motus celestis. Et qui ponebant
 Deum in centro, fortasse existimabant illud esse
 accomodatū locum, vt inde veluti radios effica-
 citatis suæ vndique diffunderet. Ipse vero Aristo-
 teles alteram sententiam huic præferit, & in eam
 planē descendere videtur. Et 1. de Cælo cap. 3. tex.
 22. sic inquit, [Omnes homines qui de Diis existi-
 mationem habent, & vniuersi qui de Deo esse pu-
 tant, iam Græci, quam barbari, ipsum supremū
 locum Diis tribuerunt, propterea q̄ immortale
 ad immortale esse accomodatam.] & 2. de Gen-
 er. cap. 10. tex. 59. ait. [Hæc inferiora non posse
 perpetuo eadem conseruari, quia ab ipso princi-
 pio longē absunt.] & non dissimilia dicit 2. de
 Cælo cap. 12. tex. 66. Quæ loca si per se sola spe-
 ctentur, facillē explicari possent de distantia natu-
 ræ, & non loci obstat tamen alter locus (sicut enim
 Aristotelis est) in lib. de mundo ad Alex. vbi ex-
 pressē hoc explicatur de distantia locali, & dicitur,
 multo magis decere Deum, in cælo residentem,
 inde omnibus salutem afferre. Et explicatur
 exemplo reg. s. aut ducis humani, quem non de-
 cet per se ipsum omnibus locis aut negotiis in-
 teresse, sed in vno loco sistere, & inde vniuersā
 gubernare. Atque ita Iustin. Martyr in orat. Pa-
 ricnetica ad Gentes, librum illum Aristotelis attri-
 buens, hanc etiā sententiam illi ascribit, vbi etiā
 indicat Platonem in sphæra ignea Deum consti-
 misse; Eusebius et lib. 3. de Præparat. refert Ag-
 egyptios ecclesie habitaculum Deo tribuisse. Deniq;
 Commentator in disp. 14. contra Algazel, ad vit-
 dub. puerilem appellat eorū estimationē, qui
 Deum in omnibus rebus esse existimant.

Iudin. ma-
 11ato.
 Euseb.
 Auerroes.

Vera questionis resolutio.

Nihilominus dicendum est, ratione naturali
 demorstrari posse Deum esse immensum,
 & conuenienter esse vbique. Hæc veritas, sicut
 de aliis dictum est, ostendi potest, aut omnino à
 posteriori ex effectibus, vel à priori ex aliquo at-
 tributo prius demonstrato. Priorem viam docuit
 D. Thom. 1. p. quæst. 8. artic. 1. vbi ex vniuersali
 Dei influxu & actione infert Deum esse vbique
 reliter præsentem, & intumē in omnibus rebus.
 Nam omne agens debet esse conuenientum passo
 in quod operatur. Sed Deus est vniuersale agens
 efficiens omnia, & in omnibus quæ sunt: ergo
 est intumē præens in rebus omnibus. Maior tur-
 mitur ex Aristotele 7. Physicor. capite 2. dicente
 mouens, & motum debere esse simul, quod in
 omni agente, verū habet, vt supra disp. 16. visum
 est. Minor autem constat ex disp. 21. & 22. vbi o-
 stensum est, Deū & conseruari omnia continua
 actione, & agere immediate in actione omnū
 agentū secundorū. Atq; hanc rationē videtur in
 sinuasse Paulus Actorū 17. in illis verbis: [Que-
 rere Deū si forte attulerent eū, aut inueniāt, quā
 uis nō longē sit ab vnoquoq; nostrū: in ipso. vi-
 uimus, & mouemur, & sumus.] & in Plat. 138.
 eadē ratio insinuat in illis verbis. Si [simplesero
 pennas meas diluculo, & habitauero in extremitis
 maris. Etenim illic manus tua deducet me, & te-
 nebit me dextera tua.] Nā his verbis voluit signifi-
 ficare Dauid Deum vbi adesse, sicut in prox-
 ime

11.
 D. Thom.

SECTIO VII.

An Deum esse immensum demostrari possit.

Rimum quid immensitatis nomine
 explicetur, intelligere oportet, sæpe. n.
 accipitur immensum pro eodē quod
 infinitum. In qua significatione iam
 satis dictum est de re ipsa significat. Immensitas
 ergo strictē sumpta dicit habitudinē ad vbi seu
 presentiam Dei in rebus omnibus. Et hoc modo
 est peculiare attributū ratione cuius dicuntur Deus
 esse vbique. Et hoc sensu non videtur tam mani-
 festum ratione naturali Deum esse immensum:
 nam multi ex antiquis Philoſophis Deum ad
 cæcum al quem locum definiturunt.

Philosophorum variæ sententia.
 Aristoteles enim 8. Physicor. cap. vlt. tex. 84.
 A. indicat de loco vbi Deus est duas fuisse an-

Ad. 17.
 Pal. 138.